

laicum constitui posse procuratorē ad acceptandum ex ponderatione text. in c. 1. de procur. in 6. vbi Anch. num. 11. hanc esse communem obseruantiam testatur, & consentit Perus. ibi num. 3. & est communis secundum eundem in dict. cap. si tibi absenti col. 4. num. 9. vers. queritur, & Card. dict. clem. vnic. §. quinetiam num. 3. & Bonif. d. s. secur. num. 59. tract. etiam Ioan. And. in dict. c. accedens col. 2. seq Anch. ibi num. 4. & 9. & Card. 9. 4. Et Ant. a Butt. col. 4. quod dicit, laicum se habere in actu acceptationis (vt preco) solūmodo declarando. seq. Hen. Boic. n. 3. Imol. & Pan. ibi. n. 6. post Cardel. conf. 1. ist. de prab. cuius ipse non meminit, subscribit Fel. in cap. Apostolica. n. 6. de exceptio. & Dec. dict. cap. 2. de Iudicis col. 6. vers. in eadem glo. 8. aut antea Ioan. Mil. in repertorio aureo, verbo, laicus potest esse, fol. 104. sentit Staph. dict. fol. 74. verso num. 32. quem refert & sequitur Petrus Rebus. dict. pag. 481. n. 17. subscribit Tiraq. de legib. coniubialibus fol. 205. & Didac. d. c. 16. n. 4. Sed iis adiiciendum puto quod etiā in hac specie laicus procurator deducat rem de non esse ad esse, non ideo esse acceptatum; & spirituale ius ex ipsius laici persona proficiet, cum actus acceptationis & iuris spiritualis ad esse deducat, vt nudus minister iuris quidem ministerio, per quae in mandatarium acceptationis obtentu, spiritualitas transit, tanquam per canale lapideum, ex mente nostrorum interpretum, atque ideo accipienda est responsio Corrasii in paraphrasi sacerdotali, 1. part. c. 2. n. 5.

26 Pulera tamen & noua est dubitatio: an foemina quemadmodum & laicus procuratrix constitui possit, ad acceptandum, vt mihi iam in praxi contigit: Et videtur quidem ex iuris principiis, idem in foemina quod in laico statuendum cum appellatione laici veniat foemina, secundum Pan. in d. c. 1. de vita & honestate cler. quē sequitur Gom. in c. cum multis n. 64. de rescr. & facit doctrina Bart. in l. 2. ff. de reg. iuris, quem sequitur Dec. ibi, quae habet ad negotia extrajudicia, foeminam procuratricem posse constitui, sequitur Pan. in c. cum dilecta, de conscr. vitil. vel inutil. vbi Dec. n. 17. & Ias. in alienam. C. de procur. & Tiraq. de legib. commib. fol. 104. vnde cum acceptatio sit actus extrajudicialis, recte poterit à foemina exerceri, præsentim quia procuratorium edictum est prohibitorium, & qui non est prohibitus, censetur permisus, text. in l. 1. ff. de procur. Ergo foemina & ad acceptandum & ad renunciandum, atque etiam permutandum, cum nullibz prohibita reperiatur, erit quemadmodum & laicus admittenda, faciunt quae norat Ioan. And. Card. & alij in d. c. 10cendens, de inhabili pro habili ad huiusmodi actus admittendo.

27 Ponuntur etiam in diffinitione verba illa effectualiter facta ad norandum acceptationem nullam, & quae non habuit effectum acceptationem non esse, nec acceptanti nocere, vt notat Ang. in l. nihil. §. si cum filius ff. de inoff. test. & Anch. conf. 414. atque ideo acceptatio procuratoris nulla, domino minime nocet, secundum d. c. conf. 63. incipit, quarinque vrum 2. d. b. Dom. ea ipsa qui, in fine, de prab. i. p. 1. Felin. latutore, de rescripta col. 4. in prim. & iterum ff. resine, sequitur Ludou. Gomez in d. c. eu. 10. n. 101. sub finem, & tenet Gigas de Penf. 7. 29. num. 10. Quæ omnia confirmantur ex superioris resolutis circa verbum voluntatis in eadem diffinitione positum. Ex quibus concluditur, nostram diffinitionem esse verissimam. ¶ Sequitur & aliud præladium circa irritantis decreti antiquitatem &

naturam, si quidem in progressu huius compendiij, sermo à nobis frequentissimus de decreto irritante est habendus. Quamobrem meminisse iuuat, plures decreti significationes iure nostro reperiri: vt per Hostien. in summ. tit. de dolo. & contum. num. 9. Alberic. in dielionario, verbo decreum, tradit Ias. post Bald. in leg. ne quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. procons. & Iacob. de bello visu. in c. Romana. §. contrahentes, de foro competenti. l. 6. & Franc. de Ripa in Rub. de consti. n. 31. & nouissime Octavius Simoncellus in tract. de decreis in princ. vbi varias significationes describit. Quas quidem significationes, cum ad regm nostram non faciant, prosequi erit superuacuum. Vnde tantummodo agendum erit de decreto irritante in Pontificis literis solo apponi. Qua quidem in re ego in primis noue aduento, Clementem tertium, qui floruit anno saluis 1187. & Celestium etiam 3. qui anno 1191. quoque floruit, priores fuisse, qui decreto irritati vbi sunt, vt optime colligo ex c. cum quorundam. & c. sicut unire, de excessib. pralat. & postea alios pontifices frequentissime in suis disputationibus eodem decreto irritante usos, vi in c. inter cetera. c. dilect. de prab. c. si eo tempore, de electio, in lib. 6. & c. si Apostolice. de prab. eodem lib. cuius originem, vt etiam aduento, accipere potuerunt: ab Imperatoribus, Theodosio videlicet & Valerio, in l. non dubium c. de legib. ibi cassum arque inutile. Hactenus igitur de decretri irritantis antiquitate.

De natura vero illud pro + comperto est habendum decretum irritans annullare, destruere, & inficere ipso iure omnia contra ipsum attenta text. capitalis in c. si eo tempore, & c. si postquam, de electio. in 6. text. in c. quodam. de prab. in 6. & in c. 1. de concess. prab. eo lib. gloss. sing. in d. c. inter tereta. de prab. vbi Panor. & omnes adnotarunt. gl. etiam in c. cum ex eo. §. fin. verbo plurib. de poss. & remiss. sequitur Vital. de Camba. in tract. Claustralium. fol. 4. verso, adeo. Quod non solum titulum ipso iure annullat, sed & possessionem planè annihilat, iuxta ea quæ notantur in c. vi nostrum, de appell. bonus text. communiter ad hanc sententiam adductus d. c. si eo tempore tradit Rota 16. in noui. & decisione. 7. 58. & 182. in antiquis & in aliis locis adnotatis per Bald. nouel. in leg. naturaliter, §. nihil commune. fol. ultimo. ff. de acquirenda poss. probatur à Lud. Gomez. in Reg. de triennali. q. 31. fol. 414. verso in prim. & in quart. 10. fol. 348. in prim. & in reg. de annal. q. 23. circa medium. & in Reg. de triennali, quest. 49. fol. 427. versic. in parvis, & de exspectatiis, num. 19. quibus adiungendus est Guilhel. Benedictus in cap. Raynus verb. & in eodem testamento relinguens, in 1. num. 29. de testam. & Cassador. decis. 1. & 2. de rest. spoliatorum, & in decis. 1. de causis poss. & decis. 11. super Regul. Cancel. n. 5. & decis. 3. de reseru. Quo sit, vt possessio huiusmodi nuda & iniusta detentio potius quam possessio dicenda sit, iuxta sensum Rot. in d. decis. 16. maxime in additione 2. Consentit Nauart. in c. accepta. de restitu. spoliat. opposit. 10. n. 35. non relato. Felin. in cap. in nostra n. 35. de rescr. cui subscribit, Matth. Pacc. de mandatis Apostolicis. p. 1. n. 60. & ante ipsum Nicol. Mil. in reper. aureo. verbo possessio contra reservationes papales. ad stipulatum Petrus. Rebus. in praxi benefic. p. 118. n. 40. non relato. Probo. in c. presenti. n. 15. de offic. de legib. 16. Ex quorum interpretum vnanimi sententia colligimus, determinentem quomodo cuncte beneficium, contra irritantia decreta, non esse restituendum si spoliatur, quod latissime cum pluribus comprobatur.

Meno



1190001128

